LIVRARIA
A. FERIN
70 RUA NOVA DO ALMADA
LISBOA
Succ. FERIN & Cª

Inc.
1317

1130

Franciscus de Tournay

Carmen in librum de amicitia

Paris, Felix Baligault

Besançon 913-.

# Franciſci de tournay

barchilonēſis in totius eloquentie preſulis librū quez de amicitia vocāt carmē ad ludouicū de val tan andegauenſem meritiſſimum archediaconum feliciter incipit.




Felix quem faciunt aliena peri= cula cautum.

Eſt fortunatus felix diueſq3 bea/ tus.

marce de Felix Baligault

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Ymc.
1317

¶ In librum. Ciceronis eloquentie totius preſulis quem de amicitia vocant. Carmen.

Nclita ſi dubios ſuperarit pectora caſus
Pectora fortuitis ſepe ferenda rotis.
Si ferit ambiguis titubantia corda pha
Que cadit in varios ſors rabioſa ſinus. (retris.
Illaqꝫ pallenti ſuſceptum fronte calorem.
Spargit eſt infeſta datqꝫ rapitqꝫ manu.
Non tamen eſt teneri calor expellendus amici.
Nec niueo roſeus corde fugandus amor.
Nempe vides ſtupido mortalia ſingula caſu.
Terret vt inuiſa mors furioſa manu.
Sed queror expoſe per limina ſordis abimus.
Dum modico preceps flamine vita fugit.
Labitur heu nuſq̄ frenis remoranda iuuenta.
Preterit inſtabili lactea forma pede.
Accedunt canos mortalia corpora vultus.
Dum rapit ambiguas alea blanda manus.
Aſt vbi ſulcantes equarunt tempora ruge.
Membraqꝫ fortuito non niſi verſa ſolo.
Tunc fedos intrant aditus tunc nomina ſumunt.

Denigrata fluens tunc laberintus adeſt.
O miſeri dubios veneris dimittite nexus.
Que trahit ad vomitus mollia corda ſuos.
Pellite mordaces liuoris ad intima tractus.
Deſtraqʒ ſecure figite vela rati.
Vna fides mens vna pio ſit nexa calori.
Comprimit humanos ira cruenta viros.
N omen amicitie celeres ad ſpdera curſus.
Voluit ad aeriam ſolis vtramqʒ domum.
Qualis abit virtus fedos ruptura lepores.
Sancta paleſtine ſigna cohortis habens.
Qualis anhelanti prudentia fronte leuatur.
Qualis et in trepidos ſpes labat alta viros.
Talis ad in victos ardoris lapus amicos.
Defluit vt varius manat ab ore vapor.
Quid moror an ne michi rigidi monumenta catho
Nonne iuuant aures tampia dicta meas.(nis.
Nonne etiam nitide nactus ſibi nomina fame.
Seuolla tranquillos nectit amore duces.
Nonne vides fabios parili cum ſorte ruentes.

Fixerit ut pure nexus amicitie.
Sunt ne tibi monitus fraterne ad prelia dextre.
Iunctaqz ſub firma troica corda fide.
Qui pilades carum foret amplexatus oreſtem.
Ni ſua purpureus uincla ligaſſet amor.
Per pol uera probant mortales uiſcera fidos.
Dum ſubeunt ſortis fata cruenta ſue:
Dumqz etiam caſus ueros premet unus amicos.
Cernetur purus corde micante calor.
Sic alacer plenis palamedes ſepe medullis.
Facundi tenerum nomen ulixis amat.
Non te decipiant blande mala femina lingue.
Nec teneant pectus blandula uerba tuum:
Non amor eſt edepol ſed amoris fictio uana.
Que mala peſtifere ſpicula mortis alit.
Hec iras hec bella quibus ſe continet error.
Dirigit exoſo proh male ducta pede.
Ipſa tibi inſanos generat rabioſa furores.
Sortis et inuiſa tela relaxa manu.
Hanc fuge liuoris nunſq̄ te uincula nectāt.

Vincula mordaci non niſi torſa cane.
Nam ſua diſtendunt vehementi brachia marte.
Liuor et ardoris nomiua ſancta pii.
Et ſeſe in varios calles diſcrimine rerum.
Eiiciunt valida diſcutiuntqʒ manu.
Hic ruit illa ſuos vincens agitata meatus.
Flectit in aerias ſydereaſqʒ viae.
Vidimus vt claro luſtrati dogmate cetus.
Equarunt magno culmina tanta ioui.
Nexus enim teneri placidiqʒ petendus amoris.
Dirigit aſpectu cuncta creata ſuo.
Omnia ſi tanti trutineris commoda laxus.
Splendidius dices eſſe ſub orbe nichil.
Effugat euentus ſortis concordia illos.
Pellit et horrendo carcere ſancta premit.

¶ Finis dialogi. Et incipit capitulum de definitione. Amicitie.

Vmanos aditus nectens diuinaqʒ rerum.
Iura fouet nitidus pectora laſſa calor.
Purpureo quodam virtutis luminefretꝰ.

Deuia ſub tuſo tramite vela regit.
Cernis vt humanos releu et bene gratus amicos.
Nullaqȝ mortiferi fata doloris amet.
Etheris vt curſus phebea palacia luſtrant.
Vt decorant proprios marſqȝ venuſqȝ polos.
Sic pia liuentes fugientia pectora morſus.
Ad ſua fraternus viſcera traxit amor.
Ipſa licet dubie metuenda potentia ſortis.
Excutiat manea tela triſulca manu.
Non tamen humani ſecurum cordis amorem.
Diſtrahet et valida vincla ligata fide.
Qualia nec que ſunt nec priſtina fata ſonabant.
Nec cecinit dulci caſta diana pede.
Non igitur mirum eſt fidi ſi lapus amantis.
Virtutis nitidas nectat amicus opes.
Nam tonat omnis amor virtuti nexus amice.
Fedaqȝ poſtpoſiti criminis antra quatit.
O quam difficile eſt humanos vincere caſus.
Ni tibi ſit valide nomen amicitie.
Cernito mirificos rapto cicerone cathones.

Qualia ſub queſtu verba dedere ſuo.
Corpora vidiſſes triſtes queritantia luctus.
Carpora q̄ magni ſulcus amoris arat.
Eſt ne patens iſtos ardor diffuſus in omnes.
Hic teneros flatus monſtrat apertus amor.
Inuida liuentis depellito murmura lingue.
Pallida que ſeue corpora mortis aſunt.
Vince etiam blanda deductas voce loquelas
Pone odium et crudi linquito martis opus.
Linquito neruoſi tremebunda cupidinis arma.
Adde etiam paridis triſtia bella feri.
Nam faciles adduut ortus exordia ducunt.
Criminis inferno non niſi merſa lacu.
Falleris immenſi demens ignare laboris.
Si ſequeris tales corde tremente viros.
Hec pia corrodunt mordaci viſcera dente.
Illaqꝫ furtiuus comprimit alta tremor.
Huius liuor adeſt furibundi dentis origo.
Qui ſua ſub dubiis dirigit ora viis.
Que nā eſt tanta dom⁹ ſtimulis agitata ꝓphanis.

Qui in deberit lapſus inuidioſa ſuos.
Cur troiana iacens et aure menia rome.
Impromptu cauſa eſt liuor in illa ruit.
Aſt vnum eſt verus nunq̄ ſimulata recepit.
Pectora candentis tractus amicitie.
Fixus amor gremio ſpirantes ſuſcipit artus.
Fixus amor flatus mittit ad ꝑma ſuos.
Non dubius non fictus erit ſed firmus amator.
Qui trahat in domitas in ſua iura feras.
Non ſine virtutis firmato robore frontem.
Purpurea nectat non niſi dignus ope.
Quiqꝫ fatigatis gremium diffundat amicis.
Nonne pium eſt ſocio lucidioſe frui.
Enucleare potes fido tua dicta ſodali.
Clauſaqꝫ ſub venis cuncta profunda tuis.
Quid melius tenero q̄ nectere ſancta calore.
Viſcera fraternis emodulanda ſonis.
Eſt ne id dulce pio dignumqꝫ efferrier ore.
Cui teneros ſpargit docta minerua ſinus.
Aſpice ſeu magna veniens ab origine ceſar.

Anxia ſub fida pectora mente leuat.
Curialū niſus nunq̄ dixiſſet amicum.
Ni ſua tranquillis corda rigaſſet amor.
Quid referam veteres romane gentis amicos.
Mollia quid tenera membra leuata manu.
Neſcia qua fraternus amor pietate labantes.
Ducit in ardentes quaſi pz calore vias.
Nempe leuat tepido mortalia concaua fletu.
Pectoa dulciſonos datqz geritqz ſonos.
Cernis vt abſenti leto ſubrideat ore.
Deſerat vt promptas in ſua dāna manus.
Queritur in ſuperas pompeius arduus oras.
Cur volet et curii namen ad aſtra ſenis.
Hic grauis ille pios ducens ex ordine mores.
Antra cabalini roſida fontis alit.
Cur tua deficiat tarquine potentia norunt.
Membra ſub attonito ſemiſepulta ſolo.
Muneribus decreſcit amor ſtudioqz ſequenti.
Ad ſolis radios corpora feſſa leuat.
Nos natura ſagax quodam regina calore.

Suſcipit et noſtre limina mentis amat.
Qui ſua fraterno moderantur tempora nutu.
Non timeant caſus vaſta perila ſui.
Una quies mens vna potẽs labor omnibus vnus.
Fataqꝫ ſub parili mẽte ſiniſtra ferant.
Nam rubicunda fouet teneros concordia cetus.
Qua ligat humanos officioſus amor.
Sed ferus inſanos liuor compreſſus in hoſtes.
Decidit et verſe fulmina ſortis habet.
Vidimus vt mortis pallentia corpora ducat.
Peſtiferaqꝫ trahat queqꝫ creata manu.
Diſcutit exoſo plenas ardore medullas.
Comprimit vt ma didas cedula lingua genas
Quid pia denigras aliene nomina fame.
Cinctaqꝫ vipereo murmure tela vomis.
Tu ne vides quali mortalia ſingula caſu.
Infera pallentis limina mortis eant.
Nos mala fata premunt tacito delabimur euo.
Mortua et eſt noſtre gloria gentis inops.
Nunc vbi pirhitous theſeum comitatus amicum.

Nunc vbi ſunt priami dardana regna grauis.
In te laxa ſuos venus eſt ſparſura tepores.
Intempeſtiuos mox aditura canes.
Illus amicitie decoratum lumine pectus.
Virtutis retinet flamina ſancta ſue.
Gignit enim virtus rubicundum cordis amorem.
Quo ſua queſitus pectora nectit amans.
Hec prior ex illa quoniam calor exit in artus.
Intimus vt pleno flumina fonte labant.
Quis caios pauloſqʒ graues rigidoſqʒ cathones.
Eſſeret et firma pectora nexat fide.
Deficiunt molli torpentes ſanguine vene.
Nec facit ad tantos noſtra camena patres
Quis rabioſe tuos numerabit eraſſe labores.
Quis canet ambiguas pigmalionis opes
O ꝙ̄ rara manent veſtre modulamine laudis.
Quā pauci lachrimis veſtra ſepulchra rigant.
Nec mirum eſt illos extraxit ad ethera virtus.
Veſtraqʒ ſunt mediis oſſa ſepulta rogis.
Tu ne iaces furibunde nero tu ſardana pallus.

Jam quereris luctus inuidioſe tuos.
Pulcra licet veſtis molles tibi texuit artus.
Ornarintqꝫ comas pilea cana tuas.
Non tua perpetuos vixit pia forma per annos.
Nec niueo ſemper candor in ore fuit.
Nempe venit tremebunda malis oppreſſa ſenectꝰ.
Dum teneros vultus vena tenoris arat.
Aſpicis vt virides flectunt fera frigora ramos
Diſcutit albentes ſeu leuis aura roſas.
Sic tua forma nitens noſtro iacet vſta ſub euo.
Et facies vario preſſa dolore ruit.
Si ſapis inſane reprimas fera murmura lingue.
Indelibatas carpe caloris opes.
Nulla nec eximie ſit tanta ſuperbia frontis
Vt tua cum niueo fama vigore ruat.

¶ Secundum capitulum in quo oſtenditur apud quos mortales poſſit conſeruari amicitia et inter quos nuſq̄ poſſit eadē conſiſtere.

Quia qui tranſis properanti tp̄a paſſu.
Trāquilli tenerum nomē amoris habe.

Et tua ſit quodam facies veſtita rubore
Pallida nec ſeue corpora mortis ames
Territus immenſa viciorum molle tuorum.
Tonde repentina pectus inane manu.
Si furor egregios ſiuens tibi conterat artus.
Pone iouis domitus martia bella fuga.
Inuida poſt ponas nigrantis murmura lingue.
Que tumide flectunt peruia vela ratis.
Tu pariles tibi iunge animos pariſemq̄ȝ iuuentā
Rara ligant rigidos vincla calore ſenes.
Sunt eteni laſſo ſua membra ligata tepore.
Sepe gerit querulos cana ſenecta ſonos.
Nulla etiam pietas crudos aditura nerones.
Non petit has partes officioſus amans.
Tunc lepidas facunda dabit natura camenas.
Inqȝ ſuo condet tampia corda ſinu.
Si fugias teneros iuuenili etate calores
Eſt tibi dah nullus ſepe petendus honor.
Aſt precor eximie nunq̄ confidito fronti.
Nam labat exiguo tempore forma breuis.

Certe parta geres ſubate premia laudis.
Pectoribus figas ſi pia iuſſa tuis.
Moribus eximiis nitidam dechorato iuuētam.
Et fugiat miſerum vita beata ſcelus.
Noli etiam blando rugoſas pectore voces.
Condere nec tacito murmure verba geras.
Eſt etenim ſcelerata hominū tremebūda ſenectus.
Nec cadit in ſancti nomen amoris inops.
Tunc nitidi mores iuuenili amente recedunt.
Pellitur a molli pectore clarus amor.
Effice dum placidos vigor arduus exit in artus.
Ardeat innumero feruor amice ſinu.
Tum fera poſtponas miſeri conſortia cetus.
Et cole maturos ſi potes ipſe patres.
Tuqꝫ tuam tali reuoces moderamine linguam.
Ne vomat in ſanctos verba canina viros.
Voluito mirificos per tempora longa platones
Iuraqꝫ preteriti ſancta caloris ama.
Tunc tua vicini narrabunt fata cathones.

Per tua perqꝫ tue ſtegmata pubis eant.
Cernis vt obſcuris viuens ieronimus in antris.
Nunc colat aſtriferas aeriaſqꝫ plagas.
Fac igitur rubeo dum fulgent membra colore.
Dumqꝫ tuos vultus graua iuuenta decet.
Pellatur laxans mortalia membra cupido.
Si ſapis exorſum mente fugato ſcelus.
Terra cadaueribus diſundens antra receptis.
Carpit hyans vario corpora lapſa die.
Quid cano diuini ſpectatum pignus amoris.
Si flectant animum carmina nulla tuum.
Si tua crudeli ſubſiſtant pectora morſu.
Que fugiant voces dux rabioſe meas.
Credo tamen monitus credo modulamina verſus.
Vertant mortalis tam fera corda ſoli.
Horrent vt placidum languentia corpora ſolem.
Sic mala peſtiferi criminis antra caue.
Nec petulans vexet blando tua pectora luſu.
Que cadit in queſtus lingua triſulca ſuos.
Tunc tua rodentes non carpent illia morſus.

Nec tua liuenti murmure fama cadet.
Hos formoſe potes noſtros tibi iungere verſus.
Si cadat in caſſes vita coacta ſuos.
Vita licet paruo titubet tenuiſſima filo.
Non tamen e fixo corde recedat amor.
Hi quoqꝫ qui fuerant aīe pars maxima ſancte.
Condent tam ſancta corpora iuncta fide.
Nulla etiam dubia ſors inuidioſa pharetra.
Diſcutit ardentis tam pia corda ſinus.
Si tibi ſint vultus candenti fronte nitentes.
Si tibi ſit roſeus qui tegat ora calor.
Si ſplendent toto fulgentes corpore vene.
Effice ne veneris te mala vincla trahant.
Te quoqꝫ et hoc verſu dulciqꝫ poemate donē.
Vt tua per terras fama perhēnis eat.

¶ Tertium capitulum de legibus amicitie.

Vi trahis ardenti rubicundū corde calorē.
Turpia nulla roges nulla rogatus ama
Nullius excuſat candentis feruor amici.
Publica ſub celeri iura peccata pede.

Aſpice romane famata palacia gentis.
Seu lepidum roſeo flore poema replent.
Ieſius intrepida titubantia pectora fronte.
Nexuit humana non niſi dignus ope.
Tuqꝫ decorata ſacum veſtite camena.
Dirigis inſigni regna ſubacta manu.
Falſus es imperii querito gracche triumpho.
Falſus es infernas mox aditure domos.
An ne ego deflenti reſonē madefactus ocelo.
Qualia ſub tali nauſica rege tulit.
Hanibal eximias dum crudus abire per oras.
Pellitur et tenui ſanguis in ore iacet.
Dꝙ fraterne ceſſere ad fata cohortes.
Quantaqꝫ letheo corpora iacta lacu.
Tu tamen alta geris ſudati dona laboris.
Maxime qui proprium ducis in aſtra genus.
Protin us in merito tam grandia nomina nuſꝙ.
Dedecuere tui ſceptra ſecunda iugi.
Solus erat fabia ducens ab origine nomen.
Solus eras tenera corpora fronte leuans.

Quis cano ſunt tanti tam laudandiqȝ quirites.
Qui ſua firmato robore corda leuant.
Ipſa etiam preclara fides nexuſqȝ caloris.
Hoſtiles claudit corde micante viros.
Nonne pium eſt. trepidis ſi iungant oribus ora.
Laſſaqȝ corporibus corpora preſſa ruunt.
O nitidum ſanctumqȝ caput firmoqȝ recluſum.
Pectore per ſuperos cuncta ſepulta leuas.
Alter et in fictos feruor ſimulatus amantes.
Labitur vt preceps flamine vita cadit.
Si tua luſtrarint ardentes horrea nimi.
Si tua virgineus manat in antra liquor.
Si domus eximiis ſplendeſcat fulta colõnis.
Amplaqȝ multiplici ſemina iacta ſolo.
Tunc veniant ficti per candida tecta ſodales.
Quiqȝ tuas nnmerent ſepe videbis opes.
Aſt vbi pallenti ridebit iniqua colore.
Sors vertens dubias ah male vecta rotas.
Turpia ſi ſenibus laxantur corpora rugis.
Deficiet tali murmure plena domus.

Tunc tua qui dudum tollebant facta nepotes.
Deficiant miserum teqꝫ tuoſqꝫ ferant.
Qualis candenti volitans ſub veſte columba.
Non fugit in nigras non niſi grata domos.
Qualis et in radios detollitur umbra meantes.
Solis et hec illo deficiente cadit.
Talis amicitie eſt ſimulatum corde calorem.
Qui gerit et tumido pectus in amne rigant.
Sunt etiam blandi lingua mordente tiranni.
Tu ne feris cauda ſcorpio membra tua.
Hoc vicium eſt illic ſeuos mors pallida paſſus.
Jactat et immenſo corda dolore quatit.
Illic nullus amor furor illic rethia tendit.
Hic fera ſub miſſo cuſpide bella gerit
Adde quod eſt vanū quos quiſqꝫ requirit honores.
Pendere quos dubie concomitantur opes.
Aſt ſua qui ſancto cinxerunt corda calore.
Horrent vicini fata ſiniſtra ſui.
Alter in alterius damnoſa pericula fertur.
Alter in alterius viſcera ſancta labat.

O nitidum feruoris opus teneriqꝫ calorem.
Quam dulci facias languida membra ſinu.
In tua nullus erit miſſurus rethia liuor.
Limina nec lapsus ſeue cupido tuos.
Non cadit in mores feritas inamabilis iſtos.
Que pia mortifera corpora figit acu.
Tunc ratio proſtrata iacet calor exit et ardens.
Virtus mortifero miſſa tepore cadit.
Nullus amicitie eſt nexus pietaſqꝫ ſepulta eſt.
Si ſequeris promptos in ſua damna viros.
Aſt quia mortalis breuis eſt felicior eui.
Conditio et flexis ſepe ferenda rotis.
Iungamur parili lapsu pariliqꝫ iuuenta.
Dum reuocat noſtros graua minerua dies.
Ipſa oculis facies puri quoqꝫ vultus amici.
Hereat et vultus occupet ille tuos.
Hunc quoqꝫ ſi reſecent tetrice ſua fila ſorores.
Figito ſub vultu dulcis amice tuo.
Ternis vt in nigras demergitur altior vmbras.
Progenies raucis non niſi digna tubis.

Labimur ex utero dubieqꝫ pericula ſortis.
Ingredimur variis ambiguiſqꝫ viis.
Aſt ubi per caſus per ſudatoſqꝫ labores.
Exiit in ſtabili docta iuuenta pede.
Currimus in mortis properanti limina paſſu.
Sic tenui preceps flamine vita ruit.
Quis niſi iungaris tenero virtutis amore.
Vita valet ſtigios mox abitura lacus.
Tu ne vides quantos nitibi ſopheus amoris.
Nexus perſpicua con trahit arte pios.
Nonne poteſt tremule bene conſuluiſſe ſenecte.
Fretus oreſtea quiſquis amicus ope.
Certe inimica iacet miſeri diſcordia cetus.
Liuenteſqꝫ ferit lingua triſulca viros.
Tu ne vides quali pacate ramus oliue.
Flore tegat caſtos virgineoſqꝫ ſinus.
Fac igitur ſplendent toto dum corpore vene.
Inclita feruenti corda calore regas.
Nulla venus nulluſqꝫ tepor mala nulla voluptas.
In tua peſtiferas brachia iacet acus.

Inſtamus capulo iam claudimus vltima vite.
Tempora nec nobis marmora quiſqꝫ gerit
O miſerum eſt fixas nitido feruore medullas.
Fundimus et meſtis pectora plena ſonis.
Nunc venus in terras dominatur iniqua perhēnes
Nunc mars odriſii nunc quoqꝫ bella ducis.
Sed quid in extremas emergitur horridus vndas?
Nauita qui dubie dirigit yma ratis.
Terra tamen nullos geſtat grauis altaqꝫ reges.
Si ſua belligera dent fera membra manu.
Tunc furor omnis ineſt ſanguis defertur in artus
Mollis et excuſſo manat ab ore cruor.
Tunc ratio bene grata cadit tunc cuncta mouētur.
Sanguine commoto cunctaqꝫ membra ruunt.
O ꝙ̄ pauca manent nitidi pia ſigna caloris.
Inter tam ſeuos tam miſeroſqꝫ viros.
Qui dicet totum dextra qui dirigit orbem.
Vath miſeri ſuperos non retinete polos.
O dolor o luctus o triſtis ad ethera clamor
Intrabunt ditis regna nephanda feri.

Hic mala deiectos cruciat mala ſemper erūnis.
Mortales qualem nullus ad yma videt.
Cerne igitur cruda q̄ꝑtum ſit mente prophanos.
Carpere crudeles terrificoſqꝫ lacus.
Tunc tibi nec tripode nec pheba oracula ſuſui.
Dimittant laudes dux furioſe tuas.
Quam ſint dura tue videas exordia gentis.
Quam mala q̄ꝑ fedo crimine plena iacent.

¶ Exortatio Ut qui hos preſentes viſere volēt ver ſus ea que de amicitia diximus mente feruentiori teneant.

Vi legis incultos lector doctiſſime verſus
Ponito ſub tenera martia bella manu.
Scribim⁹ ad iuuenes ſiceri cordis amicos
Quos parili iunxit corde fidelis amor.
Nulla venus legitur tenui veſana libello.
Nunc puer atqꝫ ſenex caſtaqꝫ turba leget.
Fiximus has ſteriles iuuenili etate camenas.
Qua rudis indoctum muſa vomebat opus.
Ride vtcūqꝫ voles exoſi more cathonis.

Hec ſatis eſt puero poſſe placere rudi.
Excute mortiferos ignaua iuuenta tepores.
Quam fouet in gremio clio pudica ſuo.
Cum tua ſint niueo ſplendentia membra decore.
Irroretqꝫ tuos docta thalia ſinus.
Moribus eximiis teneram decorato iuuentam.
Vtilibus ſtudiis tempora tota data.
Sit procul ex animo veneris dānoſa voluptas.
Feruidaqꝫ infuſis vina libantur aquis.
Intrat in humanū diuina ſcientia pectus.
Si fugit immundum candida vita ſcelus.
Tempora fluxa ruunt celeri pede labitur etas.
Et redeunt nullo gaudia lapſa die.
Non igitur placide credas puer inclite fronti.
Cum minuit formam quelibet hora tuam.
Non mea ſunt faciles redolentia carmina muſas.
Nec lepidum dulci carmen ab ore fluit.
Si non oblectent teneras mea carmina mentes.
Nunc tua ſint cordi pectora iuncta meo.
Candida lux niueo rediit ſignanda colore.

Incipit aſſuetum qua celer apis iter.
Grandia per vaſtas funduntur gramina terras.
Nūcius in longas itq; reditq; vias.
Mittit amicus opes grandi pro munere gemmas.
Virtutiſq; pios explicat ille modos.
Nexus amicitie per totum labitur annum.
Cunctaq; mortales diſtulit ira viros.
Sancta ſalutiferos redolent pia vincula nexus.
Feruoris teneros dantq; feruntq; ſinus.
Vita breuis tali decoratur amica calore.
Inuida nec roſeus diligit ora color.
Si tibi ſint varii blanda cum voce ſodales.
Qui ſimulent lapus dulcis amice tuos.
Hos fuge nam veri dirumpunt nomen amici.
Nulla gerunt ſancta nomina laudis ope.
Diximus eſſe pii concordes floris amicos.
Diximus hi quali credulitate valent.
Quid cano diuini ſpectandum pignus amoris.
Si flectant animum carmina nulla tuum.
Credo tamen monitus credo modulamina verſus

Vertant mortalis ſaxea corda soni.
Aſpicis vt theſeum ſtigias comitatus ad vndas.
Pirrithous dulci plenus amore foret.
Eſt ne tibi exemplum veri ſopheus amici.
Eſt ne tibi pilades qui tenet pma tuus.
Fac igitur toto dum ſplendent corpore vene.
Dumqʒ tuos vultus clara iuuenta decet.
Illud amicitie ſanctum et venerabile pectus.
Non tibi pro vili ſub pedibuſqʒ feras.
Tunc tua vicini narrabunt fata peantes.
Per tua perqʒtue ſtegmata pubis eant.

Oratio.

Ad ſuperum conditorem vt inter mortales amicitiam foueat.

o Rerum moderator acutiſſime
Qui tua illa ſuculenti dextra flauentes phebo iunxiſti radios. Curſuſqʒ aſtrorū et voluis et perpetuo vrluiſti leues. Qui caſtos diane tueqʒ tenelle matris paccato quodam flamine virgineis roſis ſinus repleſti. Qui etiā in tuo nitidiſſio olipo ↄcordie laxus diffūdis ameniſſimos. Peto ſupplex vt ſplendētis illius amicitie tenerrime nexus illos

placidiſſimos in omnis ampliſſime diſpergas af-
figaſqȝ mortales coetus. Et noſtram omni verboꝝ
inopia veſtitā lepido tuo eloquio repleas orationē.
Quo tandem liberas tuas viſere poterimus do-
mos optataqȝ letius frui quiete.

Finis.

¶ Franciſci de tourney barchiloneſis ad petrum ludouicum andegauenſem archediaconum militiſſimum epiſtola.

Omnis hoīes ſecundis rebus effrenatos ſi qua totius eloquentie preſuli quoquo pacto fides danda venit in girū rōis veluti equos indomitos duci opportere preſtātiſſime ludouice tue ſſiie cōgruentiſſimū eſt quo moderatrici et ſenſuū regine rationi tanꝙ ſeruum appetitū debens ſubiicere neq̄ huic cōdeſcentes in vicioſū gen⁹ omne decidāt. Et illā amicitiā oībus rebus hūanis anteponēdam ſuis diligētiſſime medullis aſſignāt. Nichil eī nature acōmodati⁹ ad res aut ſecundas aut aduerſas ea nāq̄ totius humani gñis eſt perpetuū vinculū que ſi virt⁹ nō eſt minus a virtute diſtare videt̄. Quid ſi uarrē fabios ſi marcellos ſi ſcipiones qui tā placidis mētibus tenerrimos amicitie. Illos nexus īter ſe cōnexuere vt mortē ſibi potius oppeterent ꝙ alter in alterius inimicitiā incideret. Oreſteam fidē ſub ticer que quanta in piladē fuerit norunt q̄cūq̄ egregiarū litterarū monumēta ſequūtur hoc tamen vnū eſt in amicitia nichil ſimulatū nichilq̄ incōſtans ſed firmū veracēq̄ opportet eſſe amicū qui nāq̄ crudeles ſunt a natura deuiāt. Nos enim illa ſagax natura quos naturali intuitu etiā feruentiſſimo ad amicitias īpellit humaniſſima nāq̄ eſt amicitia quis nerone illū qui vt romanoꝝ ſcripta ꝑhibent vtrūq̄ patē inſania quadā ductus ferro ſuffocari iuſſit hoīem appellāt hoīem protinus ab hūana conditione deuiātem hoīem q̄ ſi hō fuiſſet in humanū neq̄ tam pernicioſū facin⁹ voluiſſet perpetrare quo in hūanos tirānos vocāt qui pote natura inditam amicitiā poſtponētes in inimiciarū genus omne decidūt vides mi ludouice quante virtutis egregius ille amicitie nexus et quante capacitatis vt mortales oēs ad ſe ex facili trahere poſſit. Nec mortales quidē ſolum ſed indomitas etiā feras tam ſinceram tamq̄ purā amicitiā intimis medullis īprimēti michi ſeſe ante oīa obuiāt illud tuū ad hortamentū quo nō parū mens anim⁹ cōmouet vt tuas aures elegantiarū cultrices totiuſq̄ et facundie et lepiditatis moderatrices aliquātum cōmonerē opuſculū hoc fragili exortum minerua ad te dimittere decreui magnū enī ⁊ ſumma ope laudandum venit ſummoq̄ ſtudio ꝓſequendū maiorū et ſtudioſorum imprimis preſtantiſſimos mores emulari ꝙ ſolent nati ꝓbitate ſaltem referti ne degenerare videātur. Nonne pirrhus multa bellis et pace patris ymagine ductus achillis mirāda etiā exercuit. Nōne troyllum illū iuuenā vtraq̄ virtute preſtantiſſimū miſerāda defūcti hectoris mouebat ymago alexādrū macedonū principē quō philippi egregia geſta incitauere. Incitauere vſq̄ adeo vt oīs totius orbis ꝑtes animoſus ſibi ſubdiderit. Non mireris eloquētie pater ſi tui ymagine animoſus nō dubitarim ꝑuula minerua lugubratum hoc opuſculū in tuā aureā venā diffundere q̄n ſi quid in ea obſcuꝝ ſi quid diſſonū comperies luculēti tua vena idipm decorabis.

¶ Oliueri. Martel hekelbekenſis ad lectorem epigramma.

Comprime mordaces lector ſtudioſe cathinos.
  Parce per ambiguos ſpargere verba viros.
Etatem potius iuuenis mirare tenellam.
  Qui placide ſcripſit nexus amicitie.
Vix qui ter ſenos volucres per iuxerit annos.
  Cum ſibi quod ſequitur ſumpſerit auſus opus.
Quem ſi fata ſignāt longenas viuere luces.
  Dira nec egregio ſtamina ꝑca putet.
Altilo quo facile gnauas equare mineruas.
  Carmine credatur ſors niſi verſa neget.
Docta legas lepidos paſcentes viſcera verſus.
  Qui tibi que marci carmine proſa dabunt.

¶ Oliueri. Matel hekelbekenſis ad petrū ludouicum andegauē-ſem archediaconum epigramma.

Aurea que petri rutilantem pagina famam.
  Vel quis dicendi condere poſſet honos.
Cum ſua ſublimis picardia bella foueret.
  Preſſaqꝫ multiplici milite terra foret.
Difficiles facili rexit moderamine turmas.
  Germanum in cimbros petrus adeptus opem.

Deniqꝫ terribilis ſuccenſos tirones.
Duxit in occiduos geſta ſuperba viros.
Anglia cum peteret francam ſubuertere gentem.
Paruit audaci terra britanna viro.
Non ſecus hoſtiles aſtuta deppulit arte.
Alas et pacto federe victoꝛ abit.
q̄ꝑ leuis indomitos hec toꝛ cum ſterneret hoſtes.
Cum ſua mirundone pergama cuncta foꝛent.
Hec quoqꝫ que ſuperos delata eſt fama per axes.
Carleam magno rexit honoꝛe domum.
Sed quia fallacem pꝛeſtat poſtponere mundum.
Expetiit duras religionis opes.
Suſcipe letanti iuuenilia carmina fronte.
Que canit oliueri craſſa minerua tui.

Inc
1317